

à
convert.

a

Leipzig.

Monsieur Jean Henri Leich
 & Adrien en Theologie.

Viro elegantiori doctrina atq; humanitate laude
 Florentissimo

Jo. Henr. Leichio suo
 S. P. D.

Jo. Georgius Schellhornius.

Non est, quod mireris, elegantissime Leichi, singulas Tuas epistolas mihi
 se facere chariorem: ita enim officio, humanitate, amicitia certas, ut
 ingratiſſimus bipedum forem, nisi tua in me propensionis pati mentio
 affectu respondere ahterem. Adidisti vero postremis tuis, melle et furo
 dulcionibus, egregia dona literaria, Catalogum nempe Sellianum, et Ly,
 celeritissimi quondam D. Goezii, *Uv vvr ar ôssior*, nitidissimum programma,
 quo olim publicum instructissimâ vestra Bibliotheca Senatoria usum
 indixit, hactenus longo licet studio frustra a me passim quaesitum, adeo
 multo mihi iucundissimum. O terq; quaterq; hoc incomparabili thesauro
 beatam Lippiam tuam, o maium alios quosq; elegantiarum sedem! O se
 longe felicissimum, quem Procerum favor tanta gaude custodienda, inq; usus
 tuos convertenda, benevole admovit! Superbia illa iam tum, cum
 b. Goezii programma suum luci exponeret, et plurimis et pretiosionibus
 auro gemisq; cimelio: facile vero auguror, quanta interin cepit incre,

menta, ex quo praesertim tibi profectum habet Illustris ac omni laude
 superiorem D. Mascovium, Musarum Gratiarum, Delicium, quo ut diu
 sine saluo flore teq. gaudere queat, unice mihi in votis est.
 Nullum me tuae humanitati, Amicissime Leichi, devinctum agnosco pro
 donio huius literarum, et occasionem ardebo, qua me reapse gratum tibi
 prestare queam. Tuum igitur erit, amico imperare, qua ratione id comotissi-
 me fieri possit, ne ingratus moniar. Epistolam illam, de qua scripsisti, a
 Mart. Dorpio ad hunc m. d. l. d. illum Crasium Roterd. exaratae ego hacten-
 us nusquam inveni impressam, licet studiosissime propterea omnes bibliothecae
 mea perreptaverim angulos. Sunt mihi tres Crasmanarum epistolaru-
 rum ediciones in promptu, una in forma quadrifariam complicata ac Basili-
 cae Typis Frobenianis A. 1518. excusa: duae item primae magnitudinis,
 quarum prior ibidem A. 1521. ac posterior A. 1558. prodit: in harum autem
 nulla ea, quae inter veteres schedas repenti, extant libera. Est mihi
 praeterea ad manus Dorpii oratio in praefationem epistolarum divi Pauli,
 cui Crasmi epistola ad Dorpium scripta, nec non una Dorpii ad Beulher,
 Rhenanum praefixa est. Neq. hic autem invenitur ea, de qua quæris. Nosti
 Thomam Crenium novendicim suarum Animadversionum philologicarum et
 historicarum tomis permultas inseruisse virorum celebrium epistolas & rra,

solus: verum nulla plane inter eas habetur Dorpiana. Sic nec in collectione
 Epistolarum Burmanniana, qua Hugo Comitus A. 1714. prodit, nec in Macliana,
 Ibrantiana, ^{Festiana, Guldastiana, Heinsiana,} Seeleniano, Antonii Matthæi aliorumque epistolarum syllo-
 gio eam deprehendere licuit. Per Heinsianam intelligo Illustris et clarorum
 virorum Epistolas selectiores, saeculo & VI. vel a Belgio, vel ad Belgas seni-
 plas, quarum tres centurias Daniel Heinsius, grande illud suavi decus, Lug-
 duni Batavorum A. 1617. in forma octuplici divulgavit. Sunt inter eas quoq.
 varia Crasiana, sed nulla profus Dorpiana. Si mea opera in utilis
 tibi utilis esse queat, libere impera, et experientia me ad omnia, quae ab
 amico expectari possunt, officia semper paratissimum. Fac autem, quæso,
 ut benevolentiam eo quam exoptatissimam D. Illustris Mascovii,
 magni literarum ac historiae in primis Germanicae Stationis Vindiciæq.
 mihi constanter servet. Ita vale in Domino, Optime mi Leichi,
 meq. tui studiosissimum semper ama. Dabam Nemiogæ A. R. S.
 MDCXXXV. d. VIII. Oct.